4326 Brixiae infra portam D. Augustini Cocalii non longe a monasterio S. Mariae Pacis ARR. TOTT.

M · CL
AED · P *l*
TRIB · MIL *leg*
V MACED

Arragonensis ms. n. 332 et apud Tottium in add. p. 111 n. 333 (inde Vinaccesi p. 318, ex hoc Gnocchi ms. p. 265).

4327 Brixiae in aede S. Agathae FERRARINUS et RELIQUI ANTIQUIORES; *fra la porta maggiore della chiesa e la porta dei Curati* GNOCCHI. Iam est in museo. — Hunc titulum et n. 4294. 4370. 4519 in eadem basi omnes fuisse ab omnibus partibus scripta adnotat ALCIATUS, improbat ACCURSIUS: '*questo e il seguente epitafio falsissimamente sono congiunte insieme nel libro stampato*' [scilicet apud Apianum]. Nec mensurae conveniunt duorum titulorum superstitum.

COR · GAVDEN
TIVS V P COM
ET CORR VEN
ET HIST
CVRAVIT

Contuli. Habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 55 et cod. Verderiano p. 15, 2; Alciatus n. 2 (inde Choler. f. 46; Apian. 59, 2; Grut. 356, 4 ex Apiano et Verder.); Accursius n. 18; Arragonensis ed. n. 102; Anonymus a. 1585 cod. Paris. 4856 f. 53; Soncino ms. f. 5'; Vinaccesi p. 246; Gnocchi ms. p. 259; Ioli cat. f. 52; Brunati *santi Bresc.* ed. 1 p. 93. 194, ed. 2 2, 192. Citant item Maffei et Gagliardi ad n. 4328.

4328 Brixiae in foro publico in pariete carcerum (*Monte nuovo*) FERRARINUS et RELIQUI. Ibidem adhuc.

COR GAVDEN
TIVS V P COM · ET
CORR VEN ET
HIST CVRAVIT

Contuli praeter paucas litteras hodie abditas. Habent Ferrarinus cod. Reg. Brix. n. 28 et cod. Verderiano p. 11, 2; Accursius ms. n. 14; Arragonensis ed. n. 119; Soncino ms. f. 4; Maffei *ric. istor.* p. 77 = Sambuca Cenom. p. 44 et Ver. ill. p. 178 inscr. n. 47 (inde Mur. 694, 1); Gagliardi Cenom. p. 112 = Sambuca l. c. p. 44; Ioli ms.; Brunati *santi Bresc.* ed. 1 p. 93. 194 ed. 2 2, 192. Citat item Gnocchi ad n. 4327.

4329 Brixiae nuper in hortis D. Iuliae effossa CAPR.; similiter reliqui, exempli causa 'in viridario S. Iuliae rep., dum foderentur fundamenta' CORS.

P · CORNELIO LEN*tulo*
SCIPIONI · COS · PR*aet*
AERARI · LEGATO · TI *leg. a. 22 p. Chr.*
CAESARIS · AVG · LEG
VIIII · HISPAN · PONTIF
FETIALI · D · D

Duo exempla videntur extare, alterum Capreoli f. 7, a quo pendent Alciatus n. 60 et Grut. 397, 5; alterum quod exhibet Continuator Solatii in libris Volpatiano n. 56, Corsiniano n. 59, Mediceo n. 69. A prioribus omnino Arragonensis ms. n. 95 = 382; Panvinius fast. ad a. 760, Rom. p. 413. 604. 827; Ligorius ms. Neap. 36 p. 375; Manutius orth. 1561 f. 23, 1566 p. 352; Smetius 66, 5 (inde et ex Rossianis Grut. 396, 5) ab aliis; Vinaccesi in add. p. 250. 324; Gnocchi ms. p. 266; Orelli 2275.

Versuum divisionem retinui quae est in Med. Cors. et deinceps, quamquam veram non puto. — 1 LEN Med. Cors., LEN Volp. Arr., LENTVLO Panvin. aliique deteriores, LE Capr., L·F Grut. 397, P·F Smet. Grut. 396 errore. — 2 PRAEF Panvin. (Rom. 413. 827) aliique deteriores. — 5 P ONTIFIC Volp. Cors. Med. et fere deteriores. — 6 FECIALI Volp. Cors. Med. et sic fere deteriores.

Falsum titulum dixit Maffeius A. C. L. p. 330; defendit Marini Arv. 2, 708 recte. Is de quo agitur filius P. Cornelii Cn. f. Lentuli Scipionis consulis p. Chr. 2 (cf. vol. 1 p. 474) legioni IX Hispanae legatus praefuit a. p. Chr. 22 in Africa, quo missa est propter bellum cum Tacfarinate (Tacitus ann. 3, 74 cf. 3, 9; Borghesi opp. 4, 113). Quo anno fasces gesserit ignoratur; Borghesius eum rettulit ad a. 24 (cf. Henzen Arv. p. 96 et Borghesi opp. 6, 47). Filius ipsius consul fuit a. 56.

4330 Brixiae rep. in monasterio S. Iuliae; nunc in museo.

AE
AE · QVAE
S · X ET CAESERIO
IXIT · ANNVM M · VI
ARCVS · CVRIVS
procurator? ƆVCENARIVS
ALERIA · MARCELLA
RENTES · FILIS KAR

Contuli. Ioli cat. mus. f. 27.
Supra integra.

4331 Brixiae in ecclesia SS. Faustini et Iovitae in pavimento in lapide oblongo.

DOMITIAE
VICTORINAE · C · F
AVRELIANVS
VIR · CLARISSIMVS
CONIVGI · KARISSIMAE
IN · MEMORIAM
FECIT

Servavit Felicianus Brix. B 47 indicata etiam versuum divisione.

4332 Brixiae inventa una cum n. 4356 sub aggere quodam in templo antiquo quod opinio est fuisse Dianae; nunc ducta ad ecclesiam S. Mariae de Carmellis MARCANOVA. Apud Carmelitas FERR. Quod addunt posteriores ad integram 'in foro publico' MUR.; ad partem extremam (v. 8—10) 'Riperiae Salodii' VERDERIANUS; 'in monasterio S. Iuliae' GNOCCHI; Materni ARRAG., omnia carent certa fide. Inter Veronenses tam priorem (v. 1—7) quam posteriorem partem collocat REDIANUS, priorem Romae ALCIATUS.

L · GABONI · ARVNCVLEIO
PACILIO · FAB · SEVERO · C · V
IVRID · REG · TRANSPAD
PRO · COS · DESIG · PROV · CYPRI
AVVNCVLO · KARISSIMO
SVFFRAGIIS · EIVS · AD · FISCI
ADVOCATIONES · PROMOTVS
L · VALERIVS
MARCELLINVS
L · D NEPOS D · D

Integram habet Marcanova Mut. f. 138' n. 21 et ex eo opinor Ferrarinus cod. Reg. n. 21 (inde Mur. 704, 6). Priorem partem (v. 1—7) dant Redianus f. 65' n. 53 Veronensium (inde Gud. 125, 4 ex Rediano; Don. 5, 214 ex ms. ant.) et Chigianus I. VI. 203 f. 40', item Alciatus in cod. Feae f. 152. Secundam (v. 8—10), quae Cyriaci tempore sola videtur eminuisse ex pariete, habent Cyriacus cod. Tarvis. f. 84 Brix. n. 4*a* (ubi adhaesit ad titulum n. 4470); Felicianus Brix. A 10; Marcanova Mut. f. 138 n. 10; Sanutus f. 80'; Ferrarinus cod. Bat. f. 60, cod. Reg. n. 119, cod. Verderiano p. 64, 2 (inde Grut. 925, 8); Redianus f. 70 n. 123 Veronensium; Gammarus f. 84; Lilius f. 52; Iucundus f. 196 n. 2; item petitam ex his auctores posteriores Traiectinus n. 154; Mediceus n. 238; Arragonensis ms. n. 209 = 255; Rossi p. 285; Gnocchi ms. p. 215, citans praeter Rossium ms. Averoldi. De typo Reinesiano cf. n. 4338.

Vv. dispositio incerta; postremos 8—10 dedi ad Cyr. (Tarvis.) Gamm. Lil. Marcan. — 1 GABONI omnes et hic et n. 4333. — ARVNCVLEIO Marc. Ferr., AVRVCVLEIO Red. Chig. — 2 PACILIO Marc. Ferr., ACILIO Red. Chig. — V·C Ferr. — 3 REG Red. Chig., LEG Marc. Ferr. — 6 EISCI Red. — Tractavit Marinius Arv. p. 749.